M C
sociorum librarum iij . v . LXXXXiiij.or soldorum viiij . denariorum x . ad grossos.

Et est sciendum, quod omnia mercimonia supradicta dictus Nicolaus et socii mittebant Messanam in manibus Maçie de la Rama, veneti degentis ibidem, tamquam in manibus procuratoris eorum.

Preterea habuerunt et oneraverunt in navi predicta Nicolaus et Petrus Michael, et Marcus petenarius veneti ballam unam pannorum iiii.or de borsella, quos emerunt a Stefano de Poço veneto, die xiiij . augusti predicti, et involuti fuerunt in una pecia pani matarelli, quorum precium est librarum xviij . soldorum xiij . denariorum viij . grossorum.

Item habuerunt prescripti tres in navi prefata libras M . xxiiii.or raminis in virgis in barillis tribus, quod emerunt, ut constat, a prescripto Nicolao Zucholo, die ijo septembris
C
suprascripti. Item libras iiij . vij . raminis in folia in barili uno quod emerunt a Leonardo a bacilli veneto die xjo septembris prescripti, cuius tocius raminis precium est librarum xij . soldorum j . grossorum, quod quidem ramen Tunisium ducebatur, que omnia silicet panni et ramen cum dicta navi similiter cum aliis mercibus supradictis et infradicendis, fuerunt et sunt per subditos regios, ut premittitur, arrestata in damnum et iacturam non modicum, et gravamen Venetorum omnium predictorum et infrascriptorum.

C
Item fuerunt onerati in dicta navi planconi iiij . LXXXVj . virorum nobilium ser Marini Faletro et ser Frederici Dandulo, virorum providorum Nicolai Çaparini et sociorum predictorum, et nomine eorundem, quorum quidem plan-
C
conorum iiij . mittebant Symoni Andree degenti Panormi ad omne risicum et fortunam ipsorum Venetorum, licet pecuniam ipsorum seu precium, quod convenerant ipsi Veneti in Veneciis nomine vendicionis cum dicto Symone Andrea, vel cum alio nomine ipsius Symonis in Veneciis, receperunt Veneti prelibati ante missionem seu extractionem dicti lignaminis de certa quantitate casei dicti Symonis quod in Veneciis erat tunc, quod per modum barati loco solucionis dicti lignaminis, sicut in talibus more mercatorio fieri consuevit, receperunt, et precium lignaminis prefati secundum baratum mercati prefati fuit unçias xxx quodlibet centenarium dictorum placonorum, sicut hec omnia clare constant, unde semper fuerunt et sunt dicti planconi Venetorum predictorum, quousque in Panormo ipsos libere non consignarint Symoni antedicto secundum pactum et condictionem prescriptam, qui planconi similiter cum dicta navi sunt per subditos regios arestati, et sic si perderentur, vel perirent dicti planconi nostris Venetis et non alicui alij deperirent.

Item onerate fuerunt merces et res infrascripte virorum nobilium Gabrielis, Andree et Andrioli Pisani Venetorum, sicut clare constat, super navi scripta supra.

C
In primis videlicet brachia viiij . Lxj . ½ . de matarellis in peçiis xxvij , quas emerunt prout liquet die penultimo augusti predicti a Conrado de Salcemberg. Item brachia
C
M . VII . LXVj . de matarellis in peciis xxviij . empta per predictos die prefato a Rigo de Sançemberg. Item brachia
M
ij . C . LXXVj . de matarellis in peciis xxxiij . empta die xxjio . dicti mensis per predictos Venetos a Jacobo de Verire.
M C
Item brachia ij . vj . xxij . de grisis Mutinensibus in peçiis XLiij . empta die xxvij . augusti prefati a Petro de Reçio . Quam quidem pannorum quantitatem eorum ipsi Veneti mittebant Messanam viro provido Iohanni Coppo de Veneciis mercatori et factori eorum in hac parte, sicut etiam eorum juramento clare constat. Item merces infrascripte in pluribus cassis, silicet groppi CC . Liij . accuum
M Cl
diversarum manerierum . Item miliaria xxvij . viij . anulorum . Item miliaria xv . clavorum a cassella. Item ligaçium unum de corallis. Item duodene centum de paternostris de cristallo in uno ligacio. Item duodene CCLX . cultellorum . Item fasij xx . fillorum de ferro . Item rime cartarum cxiij . Item milliaria xij . de siblotis. Item çençeli
M
xviij . raminis. Item de çedali vi . C . Item sachum unum peciarum de cristallo. Item milliaria xxx . brochetarum. Item duodene viij . candellariorum. Item vella marchi-
C
sana iij . v . Item duodene xiij . streglarum . Item milliaria CC . LX . de paternostris . Item duodene speculorum iij ½
C
Item milliaria xv . accuum, et accus VI . Quas omnes merces dictorum nobilium de ca Pisani dicti nobiles cum dicta navi mittebant ut supradictum est.

Item fuerunt onerata super navi sepedicta nomine Filippi de la Rama nostri Veneti, licet Mesane conversetur
M
et habitet libre xvj . C . X . ferri, quod emit, prout constat, in Veneciis die xxiij . augusti iam dicti a Christoforo Sapa Veneto venditore ferri.

Item onerate fuerunt super navi iam dicta, milliaria
C
iiij . et libre V . L . ferri, providi viri Johannis Cupo Veneti, que dicto Iohanni mittebat Paulus Bereta venetus in Messana, ut habetur clare per testimonium et sacramentum utriusque, quod ferrum emit in Veneciis, sicut constat, dictus Paulus a Nicolao Bono de Veneciis mercatore ferri pro soldis xx v ½ grossorum quodlibet milliarium, quod per totum ascendit, computatis grossis x . pro naulo pro quolibet milliario, summam librarum v . soldorum xviiij . denariorum x . grossorum . Quod quidem totum ferrum fuit et est in virgi CC . Lxiiij . in ligaciis xxxij .

Que omnia supradicta fuerunt similiter per subditos regios arestata et intromissa indebite detinentur.

(Venezia, Arch. di Stato — *Commemoriale*, III, c. 23)

V.

Inventario di un convento di Treviso.

Infrascripte sunt res, que sunt in domo mei Constantini. Et primo in capsa conventus fratrum predicatorum de Tarvisio.

In primis cusmeli	duo
Item cultre albe	tres
Item panni arasura	quatuor
Item zalonum blavum	unum
Item linçolum	unum
Item tascheta	una
Item decretus	unus

In barilli uno.

In primis prima pars prime sume sancti Tome
Item prima pars secunde eiusdem
Item secunda secunde eiusdem
Item tercia pars eiusdem
Item concordancie biblie
Item de similitudinibus et exemplis
Item dicta sancti Thome super quibusdam libris Ar. (Aristotilis)
Item Istorie passionis et quidam sermones
Item sermones de sanctis secundum fratrem Iacobum de Losano
Item sermones de dominicis et de sanctis in alio volumine
Item de auctoritatibus sanctorum et quedam cronicha